



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

De tractu quodam supernaturali, Aeternæ Sapientiae Ministro præstito.
Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

capitulosculè, vt ubi illis sese coniunxisset, huiusmodi eum verbis exercirarent. Alius percontabatur, ecquod singulare vitæ genus ac institutum arripuisset: Alius communem viuendi rationem tutiorem affirmabat: Alius denique in malos exitus eum vitæ modum definire aiebat. Ita alij post alios eum excipiebant. At ille planè obmutescens, secum loquebatur: O Deus pijsime, nihil consultius, quam hominum consortia fugere. Equidem si hosce sermones non percepissem, nihil inde ad me damni rediret. Erat tum temporis hæc illi crux molestissima, quod neminem haberet, cui afflictiones suas posset aperire, qui idem quod ipse & eadem ratione se staretur. Viuebat igitur desolatus ac miser, multaque vi sese ab alijs subduxit, quod illi postmodum vsus effecit suauissimum.

Cruz quæ, quando Sufoni molestissima.

De tractu quodam supernaturali, A Eterna Sapientia Ministro præfrito.

CAPVT III.

Accidit in conuersionis eius initio, vt ferijs D. Agnetis virginis & martyris facto prandio in Chorum ingressus, solus illic maneret, stans in infimis dextri Chori sedibus. Erat tum graui quodam angore correptus ex acerba, qua laborabat, cruce & afflictione. Cû autem sic staret omni consolatione destitutus, nec quisquam illic adesset, rapta est anima illius siue in corpore, siue extra corpus: viditque & audiuit, quod nec omnes possint linguæ eloqui.

Vt excessum mētis passus mira fuerit consolatione repletus. 2. Cor. 12.

eloqui. Erat id formæ ac modi expertus, & tantum
 formarum ac modorum omnium iucundus in
 se continebat oblectationes. Cor illius & ab-
 abat desiderio, & tamen exatiabatur: animus
 plane iucundus & amœnus erat: optio & ap-
 petitio in ipso consopitæ erant. Tantummodo
 aciem mentis intendebat in lucidum ac illu-
 stre illum fulgorem, ubi & sui ipsius & rerum
 omnium capiebatur obliuione. Vtrum dies an
 nox esset, ignorabat. Fuit id reuera vitæ æternæ
 erumpens quædam dulcedo secundum præ-
 sentem tranquillam & quietam perceptionem
 siue experimentum. Dicebat postea: Si non
 id regnum cælorum, equidem quid sit regnum
 cælorum, nescio. Quicquid enim potest affi-
 ctionis in hac vita quisquam perpeti, non po-
 test ex æquo mereri illud gaudium æterno fru-
 endum. Tractus iste ecstasticus horam vnam
 dimidiam durauit, nesciente illo, vtrum ani-
 ma in corpore an extra corpus degeret. Porro
 sibi ipsi redditus perinde affectus erat, vt solis
 qui ex alio orbe commigrârit: adeoque cor-
 pus momentaneo illo raptu ægrè habebat, vt
 non putaret quemquam in ipso mortis aditu
 tantillo spatio tantos posse dolores experiri.
 Simul autem vt sibi restitutus fuit, ex imo pe-
 ctore alta trahebat suspiria: corpusq; ipso loco
 inuito humi collabebatur, haud secus quam il-
 lorum, qui præ virium imbecillitate deficiunt.
 Dabat ergo voces miserabiles, & profundos
 dabat intra sese gemitus, ita dicens: O Deus
 meus ubi eram, & ubi nunc sum? O præcipuum
 & summum bonum meum, nulla vnquam po-
 terit obliuio horam istam auferre ex pectore
 meo.

Rom. 8.

Vt sibi reddi-
 tus sese ges-
 scit.

meo. Corpore quidē ingrediebatur, nec quifquam tamen quicquam in illo forinsecus vel vidit, vel animaduertit. Atqui anima illius & mens cælestibus spectaculis plena erat, fulgoresq; illi cælici in intimis mentis eius penetrabilibus vltro citroque ferebantur, videbaturq; sibi, velut in aëre volitare. Denique vires animæ illius suavi illo ac cælesti gustu completæ erant, perinde vt vas vnguentarium, preciofo liquore inde effuso, odorem gratissimum retinet. Idemq; gustus multo deinceps tempore in eo perseverans, cælestem erga Deum sitim & desiderium illi præstitit.

Vt spiritale cum æterna Sapientia connubium contraxerit.

CAPVT IV.

Ratio autem vitæ illius, qua longo postmodum tempore erga interna exercitia utebatur, perpetuum erat studium continua perfruendi præsentia æternæ Sapientiæ, cum amicabili illius confabulatione coniuncta. Quod quo pacto primum cœperit, potest ex libris eius de æterna Sapientia Germanicè ab eo, Deo adiuuante, conscriptis animaduerti. Erat ab ineunte ætate cor illius amori deditissimum. Ipsa autem æterna Sapientia in scriptis diuinis haud secus sese exhibet, quam quæ admodum amore capta sit, pulchreq; sese componit & exornat, vt cunctis placeat: gratisq; vtitur eloquijs, & amicabili specie, vt animos omnium in sui amorem illiciat: interimq; commemorat